



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CXCIIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

titu. & pro hoc facit qd supra dixi in regu. 13.

5 Limita quinto, non habere locum in hospite, qui diuertit, sed eo qui hospitium dedit. Vt in l. j. in §. hospes. eod. titu.

REGVLA CXCIIII.

DE LICITVM non presumitur. Hanc regul. probat tex. in merito. ff. pro socio. vbi habens rem communem cum aliquo, & vtens, non presumitur velle interuertere rus alterius, sed simpliciter vti iure suo, & propterea contra talem non posset agi furta sine, vt ibi dicitur. Circa quam regu. vltra Docto. ibi, vide l. qui iurasse. in §. j. nu. 8. ff. de iureiur. & in l. ex hoc iure. nu. 11. ff. iusti. & iur. & in l. rogasti. in §. si sibi. ff. si cer. pera. Pau. Partili. notabiliter in c. in presentia. nu. 33. de probatio.

Hanc regu. cum quatuor limitationibus, vbi notabiliter eam declarat, ponit Andr. Alciat. in tract. presumpcio. in 3. regul. presumpcio. j. per totam.

REGVLA CXCV.

DETERIORATIO, seu diminutio superueniens in re, de qua fuit dispositum, non extinguit dispositionem, actionem, vel obligationem, vt patet in vltimis voluntatibus. Vt in l. si ex toto. in prin. & in l. si grege. cum seq. & in l. quod in rerum. ff. de lega. j. vbi mutato grege, vel fundo legato, casu vel facto testatoris. durat legatio. l. peculium. in prin. ff. de leg. ij. vbi diminuto peculio vel familia legata, in reliquo durat reliaum. facit l. tabernam. ff. de fundo in structo. & in l. pediculis. in §. penul. & fin. ff. de auro, & argen. leg. & in l. 4. in §. si redditu. ff. commoda. vbi durat obligatio & actio ex commodato, licet diminuta sit res, vel deterior facta. & ibi latet per Alber. & Salice. post gloss. idem patet in re deposita, vt in l. §. si res. ff. de possi.

1 Amplia habere locum, siue diminutio causata sit a testatore, vel disponente, vt in d. l. peculium. in princip. & in d. l. tabernam. siue casu. Vt d. l. si grege. & in l. Seio. in princip. secundum vnum sententiam, in c. l. Maui. ff. de annu. lega. vbi probatur, qd si testator militem gauerit duodecim, vt curam habeam trium filiorum suorum, & contingat mori duos, quo ad vnum pro tertia parte durabit legatum, si cuncta posita supra in regu. 77.

2 Amplia secundo procedere in actione ad exhibendum, quia est qd res exhibeatur diminuta seu deteriorata, nihilominus res dicitur exhibita. Vt in l. exhibitionis. & ibi Bar. C. ad exhiben. ita vt actio ad exhibendum cesset, vt ibi dicitur, dummodo in diuertis loca non exhibeatur, vt in l. Iulianus. in §. si quis. ff. eod. titu.

3 Amplia tertio procedere in tributo, quod habet certam taxam, quia si pradium fiat sterile, aliud fertile magis grauatur. Vt notatur in